



PRODROMUS

IN

LIBRUM SECUNDUM.

PATERFAMILIAS.



*I stat depositis in Campo Exercitus armis,  
 Scuta micant, Frameaq; tremunt, gladiiq; coruscant,  
 Et Zephyris ludunt volitantia signa secundis;  
 Versicolor, pulcherq; aspectus Lumina mulcet.  
 Sed Duce si careat, constanter in Ordine Nemo  
 Heret, & incertum est, jubeantne an pareat ullus;  
 Nil certe efficitur: Sic sint splendoribus ades  
 Omnibus excultæ; sed Heri presentia desit,  
 Discurrunt Famuli, indivisos nemo labores  
 Aggreditur, ceu ritè decet, Confusio totam  
 Turbat ubiq; domum. Dedimus Campestria nuper,  
 Unà cum plenis constructa palatia villis;  
 Introducamus Dominum, qui jus sibus instat,  
 Omnia cui parent, ejus describere Leges  
 Fert animus; Dominus nam subsit legibus ipse,  
 Principio pietate colat venerabile Numen,  
 Quod terras reserare potest, & claudere rursus,  
 Et ditem segetem largiri, & pellere morbos.  
 Sed vult leniri precibus puro ore profectis.  
 Non minus inculcet Famulis Gnatisq; subinde  
 Et toti domui, verbis non ludere cælum  
 Infandis unquam, nec iniquis ledere factis.  
 Ingluviem, Bacchum, Veneremq; eliminat omni*